Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 37

urn:nbn:de:bsz:31-108646

Visual Library

Tit. 24.

Ut in possessione legatorum, vel fideicomissorum servandorum causâ esse liceat. Lib. 36. 166

Q. 1. Quid si heres non praestiterit cautionem?
R. Mittitur Legatarius in possessionem rerum hereditariarum, l. 13. ff. t. l. 3. C. h. olim quidem in omnium d. l. 13; sed hodie secundum quantitatem legati, arg. Novell. 53. c. 4. §. 1. Et si heres post sex menses deficiat, fiet missio in res heredis proprias, non quidem, ut legatarius pro Domino esse incipiat, sed solum ut custodiam vel jus pignoris habeat, et die adveniente legatum authoritate judicis consequatur l. 5. l. 6. C. h.

Q. 2. Quid circa fructus statuendum? Resp. illos coget legatarius in possessionem missus et servabit, vel vendet, prout est traditum in l. 5. §. 22. ff. h.

Q. 3. Quid si heres interim aliquas res venderet? R. non oberit id legatario; quia defenditur à praetore, cujus dispositione, res heredis iam ipsi legatario sunt oppignoratae. Lib. 37.

Liber 37.

Hic liber quâ obsoletus plerumque omittitur.

Lib. 38.

Liber 38.

In hoc libro merito à nobis omittuntur sequentes tituli. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. et 12 13 14. 15. et 17. cum hodie in germania nec libertos nec servos ~~habeamus~~, nisi in confinibus Turciae habeamus quoties à Turcis captivos quosdam vi belli consequimur.